



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quomodo creuerit?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

huc hic facis est, & gratia hominis recte dicitur, nec versus iure reprehenditur. Quamquam & fauor Dei & eiusdem fauoris *ἐλεγχος*, seu auxilium, & Dei dicitur & hominis: Dei fauentis & auxiliantis: hominis cui fauor auxiliumque impenditur: Sunt dona donantis, & recipientis. Sic Zach. cap. 12. vers. 10. *Effundam super habitatores Ierusalem spiritum gratiae & precum*. Certe gratiofus ille Spiritus erat domus David & habitatorum Ierusalem, qui vti que homines erant.

§. 3. Dona autem habitualia, gratiam, *χάρις* in non modo *χάρις* dici probamus. Primo. Ex Hieronymo Zanchio, qui id ex patribus & Theologia acceptum approbat lib. 4. De natura Dei, cap. 1. §. 3. [Tertio, inquit, accipitur, gratia, pro dono, seu pro omni donorum genere, quae ex gratia, & fauore donantur: Siue haec dona ad vitam aeternam pertineant, vti est fides, spes, charitas, & quae cum illis coniunguntur sunt virtutes: siue non pertineant: vti sunt dona linguarum, miraculorum, & alia de quibus ad Corinthios, & alibi. Si Iacobus dixit ad Esauum fratrem de suis liberis: isti pueri sunt quos Deus *ἐλεγχος*, hoc est, gratificatus, seu ex gratuito fauore largitus est seruo tuo. Sic in actibus Apostolicis capite 11. vers. 23. dicitur de Barnaba: qui cum vidisset *τὴν χάριν τῷ Ἰησῷ*, (hoc est, donum in credentes effusum) gauisus est. Et ad Corinth. 2. Corinth. 6. Ne in vacuum, hoc est, in vanum gratiam Dei recipiatis: Hoc est dona Dei. Sic ad Ephes. Vni cuique vestrum donata est gratia: secundum menturam Christi.]

Secundo. Recte illa probat aduersarii magister; Verum alia loca etiam scripturae idem confirmant, & quidem secundum sensum Caluinistarum intellecta. Nam Hebraeorum *חַסֵּד* fatentur & Mercerius, & Ceuallerius, ceteri esse generale, ad corpus, animam, res omnes pertinere, quemadmodum Chaldaeum *חַסְדָּא* chana, & *חַסְדָּא* tuba. Sic Psalm. 44. v. 3. *Diffusa est gratia in labijs*, quod siue de Spiritu Propheta cum Thargumistis accipias, siue de omni gratia, certe hic dona, nomine gratiae significantur. Nimirum (inquit) Iunio Trem. vti omnes elegantia gratiaque superares, imo in omnibus esse auctor elegantiae & gratiae. De elegantia spirituali sine dubio accipiendi sunt. Vide & Proterb. 1. 9. 3. 4. 3. 22. 4. 9.

Tertio. Ipsa dictio *χάρις* sic accipi solet. Iohan. cap. 1. vers. 16. *καὶ χάρις ἀντὶ χάριτος*, quod Beza: Gratiam supra gratiam, pro quo (inquit) eleganter dixerit: gratiam gratia cumulatam, vti significatur Spiritus Sancti dona pleno cornu per Christum in suo effusa.

Quarto. 2. Corinthior. cap. 4. v. 15. *χάρις καὶ εὐδοκία* interpretatur idem Beza, Ingenitum Beneficium, quod in Paulum effusum fuit.

Quinto. 2. Corinth. cap. 8. v. 1. vocat diuinum beneficium.

Sexto. Ephes. cap. 3. v. 8. vocat *χάρις*, idem quod dixit, *δωρεάν χάριτος*, idem Rom. c. 1. v. 5. etiam *χάρις* dicit, & quidem interprete Beza, ipsa dona gratia.

Septimo. 2. Corinth. cap. 1. v. 12. *ἐν χάριτι ἰησῷ*, sic exponit Beza: id est, fretus ea sapientia, quam mihi Deus collatus est gratificatus: gratiam enim *μετὸν μωκῶς* accipit pro ipso dono.

Octauo. Sic Petri cap. 4. v. 10. *ὡς καὶ οἱ διδόνοντες* *μετὰ χάριτος* & 1. Pet. cap. 1. v. 10. & 2. Pet. cap. 3. v. 18.

Nono. Augustin. serm. 2. de verb. Apostoli, gratiam vocat pluuiam, & sermone 13. medicinam, alibi copiam lacis, Omniaque de donis interpretatur.

Decimo, plerique Caluinistae, vt Adolphus Venator, Vorstius, veritate conuicti, non modo hanc gratiae significationem agnoscunt, vt omnes ceteri; verum etiam eo modo quo Catholici ferè de iustificatione philosophantur, vt in procemio ostensum est. Hæc ergo propositio: Effecta seu dona gratiae in nobis habitualia Scriptura non vocat *χάρις*, repugnat Scripturae Patribus Caluinistis veteribus & nobis.

Verum ne quispiam miretur obliuiofum senem tam illustri mendacio vestibulum libelli sui exornare voluisse, sciat eundem in comm. in cap. 8. Ro. Gratia manor, dub. 1. Responfion. ad 1. Gratiam agnosce-gratum re regenerantem, quam concedere solet, donum faciens, & esse.

Deinde Comment. in 1. Romanor. vers. 7. ait: 14.

Nos gratiam gratis datam, diuidere in internam, qua fit habitus charitatis gratis infusus, & externam, qua sint opera seu merita, quae vocemus gratiam gratis datam.

Quod adeo perspicue falsitatis est, vt vel pueris notum sit, nos enim omnia hæc gratiam gratis datam profiteamur. Verum dona illa, de quibus Apostolus Corinth. 13. vocamus gratiam gratis datam, non quod non omnis gratia gratis sit data: Sed quia illa gratia hominem Deo gratum non faciunt, sed in Ecclesiae, aut aliorum vtilitatem donantur. Interim omnia gratuita gratia, ipsa etiam merita, & quae meritis redditur merces, gratuita gratia est. Verè & eleganter Augustin. de gratia & libero arbitrio. ca. 8. *Vita est itaque fratres carissimi, si vita bona nostra nihil aliud est gratia. quam Dei gratia, sine dubio, & vita aeterna, qua bona vita redditur, Dei gratia est: & ipsa enim gratis datur, quia gratis data est illa, cui datur. Sed illa cui datur tantummodo gratia est, haec autem quae illi datur, quoniam primum eius est, gratia est pro gratia, tanquam merces pro iustitia.*

§. 4. Caluinus ait creuisse animi dotes, nec absurdum, si vt adolefcere corpus, sic animum adolefcere voluit. Deinde per omnia fuit nobis similis excepto peccato, ergo & ignorantia.

§. 5. Cyrillus l. 2. de fide ad Regin. P. osecum in eo fuisse, quod maiora & sapientiora opera quotidianè exhiberet: hoc est enim *περὸν*, pertexit, processit, prouectus est ultra. Nam *περὸν* est non modo progredi in aliqua re quae ipsa augeatur, sed etiam vsu alicuius maiora efficere. Et quidem si sapientiam augeri dicere voluisset, forte dixisset: *ὁ καὶ σοφίαν*, vt loquitur Paulus 2. Timoth. 2. *ὁ καὶ σοφίαν ἵνα περὸν ἴσῃ ἀδικίας*. ad maiorem iniquitatem profecerunt. Vel *ἐν σοφίᾳ*, ita Lucian. *ἐν σοφίᾳ καὶ ἐν τοῖς μαθήμασι*. Ego quidem in mathefi proficiebam. Hic autem *τῇ σοφίᾳ περὸν ἴσῃ*. Sapientia proficit, maiora per eam operando. Nam paruulus v. *maiora* giebatur, annorum quinque vel sex indolem, memoriam, pietatem ostendebat, eaque faciebat, quae in illa ætate solent. Annorum duodecim doctores audit, & interrogat, quod magnæ in puero sapientiae est.

Deinde cum admiratione respondet, atque ita continuo vsque ad annum trigessimum sapientiae agit. Operum enim fuit continua *περὸν* seu processus. Eodem modo Syrus *כַּדְּבָרָא רַבָּה* Rabe haur, maior reddebatur, magnificabatur. Sic latine loquitur, auctoritate, consilio, virtute profecit, quae omnia Tulliana sunt: non autem horum tantum bonorum incrementa, sed operum fructus significat. Nam alioqui dicere solent, ad mores, ad bonitatem, in arte proficere. Fateor tamen Syrum habere *כַּדְּבָרָא רַבָּה* bekumatha in statura, & in sapientia.

§. 6. De Christo recentiores Caluiniani hono-

E 2 rificen-

ricentius deservit, quam Caluinus, crudâ adhuc hæ-
reos blasphemiam. Ioannes Scharpius in cursu
Theologico, de Christo mediatore. Controuers. 1.
Scientia visiois, & habitualis, ait, Christum omnia & sa-
la & futura cognoscere. Rationibus Catholicorum vi-
ditur. 1. Si omnia non videret, non esset beatus: ideo recte
Gregorius, Quomodo non omnia videt, qui videntem omnia
videt, &c. 2. Omnia Christo subiecta sunt quâ homo est, E-
phes. 1. 22. Ergo omnia videt & cognoscit. 3. Est Iudex o-
mnium, Iohan. 5. 27. & hominum cogitationes nouit, Ioan. 2.
15. Denique dicitur spiritum sapientia citra mensuram acce-
pisse. At scientia actuali quæ est ab infuso habitu, &
experimentalis non est dubium, non enim eâ

Experimentalis non est dubium, non enim eâ
cognoscit, nisi quæ expertus est. De actuali quæ est ex
habitu infuso, an semper actu omnia cognoscat per
visionem, quæcumque cognoscit actu per visionem scien-
tiam, controuersum est: nec quicquam hac de re pa-
tres definiunt.

§. 7. Hinc concludit, Christum aliquid didicisse,
se, quod ante ignorauerit. [1. Argum. Christus fuit
nobis similis per omnia, excepto peccato, tum etiam
in eo quod aliquid didicerit, & quod quia homo
nonnulla ignorauerit, cum etiam alias infirmitates
humanas in se suscepit: At prius locis citatis. Ergo.]

2. Argument. Qui pro ætatis progressu, sapientia
implebatur, is aliquid didicit. Attalis fuit Christus
loco citato, Ergo. Imo concedit Bellarminus Li-
bro quarto de Christo, cap. 5. Christum præcise i-
gnorasse illa omnia, quæ non fuerat expertus, & se-
cisse progressus in sapientia acquisita per experimen-
tum proprium.

3. Argum. Qui proficiebat sapientia, is aliquid
didicit, quod antea nesciebat. At talis Christus, Er-
go. Quod autem ait Bellarminus, hoc tantum fuisse
opinionem hominum, sic refellitur. Eodem modo
dicitur profecisse sapientia, quo statum. At non
profecit statum tantum opinionem hominum, sed
re ipsa. Deinde quod ibidem ait, illum dici profecisse
sapientia, quia fecit alios proficere, sic refellitur.
Dicitur profecisse apud Deum & homines. At non fecit
Deum proficere, Ergo.]

§. 8. Inscite quidem hoc, & calumniose. Non enim
dicitur didicisse, quod ignorabat; nam alia scientia
nouerat. Experimento didicit, quod visione & ha-
bitu nouerat.

Qui certissima visione aliquid nouit, non discit
quasi ignorans, qui vno modo nouit, alio addiscit.
Calumniose, quia Bellarmino quasi soli impingit
sententiam, quæ est sanctorum patrum, ut contra
eum agere videatur. Nec in Bellarmino merito re-
prehenditur, quod iam olim contra Arianos. 4. A-
thanasius respondit. Caterum, inquit, etiam hic de hu-
mano more, de profectu locutus est, eo quod hominum sit profici-
cere. Nam & Euangelista accurate cauteque verbum istud v-

profecit. Nam & Euangelista accurate cauteque verbum istud v-

Verbum autem Deus quantitate non mensuratur, sed quanti-
tates corporibus attributa sunt: corporis igitur erat proficere,
quo proficiente, profecit in eo exhibitio Deitatis, coram illis, qui
ipsum videbant. Quanto autem magis diuinitas reuelabatur,
tanto plenius gratia crescebat, hominis apud homines. Infan-
tulus enim gestabatur, puer autem factus remansit in tem-
plo, sacerdosque interrogauit de lege: paulatim autem corpo-
re adolescente, Verboque seipsum manifestante, factum est
deinde ut agnosceretur pro Filio Dei, primum quidem à Pe-
tro, postea deinde ab omnibus. Iudei autem tum prisci, tum
neoterici isti, vltro oculos suos conuenienter claudunt, ne vi-
deant illud proficere in sapientia, id non esse ipsam sapientiam
proficere, sed humanitatem potius in sapientia progressus fa-
cere: Iesus enim proficiebat sapientia & gratia. Quod si

diserte, sed tamen cum fide loquendum est, in seipso profecisse
quidem sapientia sibi ipsa domum adificauit, & in se vi-
mus proficeret auctor fuit: quidnam autem iste profecisse
est, nisi ut superius dixi, Diuinitas & gratia, quæ a sapientia
hominibus datur, expuncto in hominibus peccato, deletaque
corruptione ad similitudinem cognitionemque corporis fer-
bi. Ita enim augescere magnitudine corporis, una cre-
bat in eo diuinitatis manifestatio, innotescerebatque apud omnes
ipsum esse templum Dei, Deumque in eius corpore existeret.

§. 9. Hæc ideo refero, non quod aliter respon-
deri non possit, sed quod Arianizantibus mirum
deri non debeat, si ipsi nostri doctores respon-
deant, quod Athanasius respondit Arianis: Ita-
nim intelligitur, se pro Ario causam dicere, non pro
veritate Orthodoxæ stare. Atque ita lectori illinc cum
hæreticis cõspirationem merito debere esse suspensam,
hinc nostrâ cum sanctis concordiam cõmendabilem.

§. 10. Alii Patres etiam & Athanasius, orat. 4. con-
tra Arium, Hieronymus. 7. Isa. Nazianzen. orat. 5.
Damasce. l. 3. de fide. cap. 22. & eadem sentiunt.

Mihi S. Thomæ expositio placet, quæ proprie huc
locus exponitur. part. 3. quest. 12. art. 2. Sed quæ in
ueniens videtur, quod aliqua naturalis actio intelligitur,
Christo desceat, cum extrahere species intelligibiles à phantasmatis
sensibus, sit quadam naturalis actio hominis secundum intell-

lectum agentem, conueniens videtur hanc etiam actionem in
Christo ponere. Et ex hoc sequitur quod in anima Christi
quæ habitus scientia fuerit, qui per huiusmodi abstractionem
specierum potuerit augmentari: ex hoc scilicet, quod in-
tellectus agens post primas species intelligibiles abstractionem à
phantasmatis poterat etiam alias & alias abstrahere.

Et responsione ad Tertium: Dicendum, quod re-
bum Damasce. intelligitur quantum ad illos, qui dicunt im-
plicitè fuisse factam additionem scientia Christi, scilicet
candum quamcumque eius scientiam: & præcipue secundum
infusam, quæ causatur in anima Christi ex vi rationis ad verum.
Non intelligitur de augmento scientia, quæ ex naturali agere
te causatur.

Cum D. Thoma sentiunt Caietan. & eius secta-
tores, Capreolus in 3. distinct. 14. Maior. quest. 5.
Marfil. quest. 10. Qui vero aliter sentiunt, videlicet
tus, Alensis, Durandus, Gabriel, Paludanus, Richar-
dus, de experimentalis concedunt; ut etiam nosse
Soarez Tom. 1. disput. 31. in tert. partem. Nam à sen-
sibus species naturaliter in imaginatione, ac consi-
quenter in memoria oriuntur: Species enim ille
res ita repræsentant, ut sub sensum ceciderunt, aut
ut sensibus sint perceptæ. Id fieri aliter non potuit.
Itaque hinc cognitionis actus & habitus gignuntur.
Hoc autem factum est, ut actiones illæ interme-
nientibus imaginibus, & imaginationis efficientia
pro ætate crescerent.

Profectus ergo ille non modo operum est, sed et-
iam naturæ: Organism enim sensuum & imaginatio-
nis ætate firmatis, melius uti potuit Christus iam ad-
ultus, quam infans.

Et ex actibus oriebantur habitus ac dispositiones
Constituendum igitur est. 1. Omnia Christo no-
ta fuisse, scientia infusa, & si placet scientia visionis
Profecisse autem alio modo cognoscendo, quæ vi-
sciebat, & scientiam ostendendo. 2. Aucta est ergo
in illo scientia experimentalis, retentaque species,
& nouus habitus acquisitus, atque in eo veras pro-
fectus fuit, ut est in aliis hominibus imperfectione
excepta. 3. Disposita sunt omnia organa sensum,
ut scientia acquisita vteretur, imaginando, phantasi-
mata abstrahendo, ut more hominum intelligeret
viatorum, non modo beatorum. 4. Secundum hunc
profectum etiam sapientiam ostendit, ut ante exposi-
tum est. Ideo creuit etiam apud homines.